Roguski R. R. Patribus Carmelitis Contus Præmyslien Robat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsen Castren Capitan Præmyslien Gnosus Stanislaus Roguski sanus mente et corpore existens à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus qȝ suis quibusuis proprijs et competen recedendo. Præsentiverò Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis 1044 suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atqȝ subijciendo palam liberè publicè ac per expressum recognouit. Qua ipse suo et Gnosorum Michaelis et Hiacynthi Roguskie fratrum suorum germanorum, tum et aliorum quorumuis Gnosi olim Stanislai Roguski Regentis Cancellariæ Castri Præmyslien Successorum proque nominati habitione cauet et se præsentibus inscribit nomine, Scriptum certum manuale, per se Recognoscen, in rem et manus Religiosorum Carmelitarum Discalceatorum Conuentus Præmyslien ratione certarum rerum et Conditionum, in eodem scripto Contentarum, de Actu et data illius hic Præmysliæ Feria Tertia post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno præsenti confectum Conscriptum datum manu sui Recognoscentis propria subscriptum, in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio, Ligamentis, ac nexibus in vniuersum omnibus eisdem Religiosis Patribus Carmelitis Discalceatorum Conuentus Præmyslien ipsorumqȝ posteris, firmiter tenere complere, exequi ac inuiolabiliter obseruare, omnibusqȝ et singulis eiusdem scripti manualis contentis tam in toto, quam in quauis minima parte, toties quoties opus fuerit satisfacere. Scriptum præfatum manuale ad Inscriptionem præsentem Roboratoriam, et Inscriptionem præsentem Roboratoriam ad prædictum scriptum manuale vicissim in toto referendo. Idqȝ sub rigore in eod

scripto

scripto contento per eundem Recognoscentem vel eius successores supraseriptis Religiosis Patribus Carmelitis Discalceatis Premyslien vel eorum posteris ob non completionem contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum, tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad luendum succumbendo. Nihilominus is idem Recognoscens Gnosus Stanislaus Roguski debebit et tenebitur, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, suprascriptis Religiosis in Christo Patribus Discalceatis Conventus Premyslien, eorumque posteris inscribit et obligat praesentibus. praefatos Gnosos Michaelem et Hiacynthum Roguskie fratres suos germanos, hoc et alios quosvis Gnosi Stanislai Roguski Regentis Cancellariae Castren Premyslien successores, ad personalem sui assistentiam, intra decursum duodecim septimanarum ad aggravandum per ipsos inscriptionem praesentem Roborationem vel similem suo pro interesse faciendam, ad acta quaevis authentica Regni vim et robur perpetuitatis in se habentia vel in eventu mortis successores illorum adducere et personaliter statuere ab eisque vel eorum successoribus ut praemissa debite exequantur efficere, idque sub simili Rigore in eodem scripto expresso per eundem Recognoscentem sive eius posteros suprascriptis Religiosis Patribus Carmelitis Discalceatis Premyslien vel eorum successoribus, ob non statuitionem eorundem fratrum suorum statuendorum, vel in eventu mortis successorum illorum, pro tempore et loco superius expressis ad luendum succumbendo. Proquo quidem Rigore modo praemisso ad luendum succubito ac pro re aliqua ex contentis scripti eiusdem manualis non completa complenda, praefatisque fratribus suis non statutis statuendis, citatus existens memoratus Recognoscens Gnosus Stanislaus Roguski sive eius successores, ad instantiam praefatorum Religiosorum Carmelitarum Discalceatorum Conventus Premyslien vel eorum posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premyslien

myslien[se] exinde recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, vigorem contractum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Castrenses eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate pro maiori minorennitate Successionem legatione intra vel extra Regnum Servitio militari, ad munimenta ad evictionem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vero proximos Officij, praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum protestationes faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, Suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alioquovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Testamentum olim Roguskiego Patrui sui approbat 1045

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Stanislaus Roguski, Sanus mente et corpore existens, a Fornis, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo, fidem libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo ac Generosorum Michaelis et Hiacynthi Roguskie fratrum suorum germanorum, item et omnium ad successionem Generosi olim Stanislai Roguski Regentis Cancellariae Castrensis Praemysliensis pertinentium quorum ratihabitione cavet, et se praesentibus inscribit nomine Testamentum praefati Generosi Regentis Cancellariae Castrensis Praemysliensis